UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

lucrit confirmationem papæ non obſtare, quin iura-
mentum ualeat, & ſeruandum ſit, & ſic ꝯctus ualidet
iuramento, tamē ipſe expreſsè loquitur, quando ſim-
pliciter, & generaliter confirmaſſet ſine clauſula ex
certa ſcientia, ſecus ſi cum clauſula ex certa ſcientia,
quia tunc prę ſumitur, Papam hoc feciſſe ex certa ſciē
tia, ut per ipſum Alex. in d. conſi. in pen. col. & dicere
quod clauſula ex certa ſcientia non referatur ad con
firmationem ſtatutorum, eſt truffa. Prętere a & ſi non
obſtante ſtatuto, quod tollere uidetur iuramentum,
debeat ſeruari ꝯctus per ea, quæ habentur in d. c. cum
contingat. cum ſim. tamen † talis diſpoſitio ſtatuti ſal
14 tem eſt iuſta cauſa petendi, & impetrandi abſolutio-
nem à iuramento, ut illud non obſtet, & quin ſtatutū
ſit ſeruādum petita, & impetrata abſolutione, prout
abſolutio danda eſt, ut uoluit Fed. de Sen. in cōſ. 272.
In nomine domini factum eſt tale ſtatutum, qui in in
diuiduo loquitur in terminis noſtris. Ex prædictis ita
quę dico iudicandum eſſe ad fauorem Comitis Octa
uii, tum quia ſententia lata eſt extra inſtantiam, & il-
la finita, tum quia in eius perſona habet locum ſtatu
tum non obſtante iuramēto. Reliqua ſuppleat excel-
lentia domini Auditoris. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Denunciatio litis motę quomodo ualidè hæredibus illius, qui de-
fendere promiſit, fieri debeat.*

2 *Denunciatio, ſeu proteſtatio incitatoria ad faciendum ea, ad quæ
quis ex facto alieno tenetur, quomodo fieri debeat.*

3 *Et quomodo ad faciendum ea, ad quæ eſt e x facto, & contractu
ſuo obligatus.*

4 *Venditor, cui de lite mota fuit à procuratore emptoris denuncia-
tum, non tenetur re euicta de euictione, niſi mandatum fuerit ſi
bi exhibitum, & oſtenſum.*

5 *Actio communi diuidundo ad quid, & pro qua re detur, & quid
actor probare debeat.*

6 *Et quibus detur, & quibus non.*

7 *Incerta res ratione loci, & quottæ dicitur uendita, quando fuit uē
dita tanta rata, & pars unius poßeßionis pro indiuiſo, quæ cer
tam ſummam pecuniarum caperet.*

8 *Et in emptorem tunc nec dominium, nec poſſeßio dicitur trāsferri.*

9 *Incerta res ratione loci, & quottę non poteſt tradi, ſeu poſſideri.*

10 *Emptor de euictione rei contra uenditorem, uel eius fideiuſſores
non poteſt ante euictionem agere.*

11 *Venditor, & eius fideiuſſor ad tradendum rem uacuam, & libe-
ram tenetur.*

12 *Per conſtitutum de poſſidendo dicitur facta traditio, omniſq́ue poſ
ſeſſio tranſlata.*

13 *Idem per conductionem rei uenditę.*

14 *Venditor, qui ſe nomine emptoris rem uenditam poſſidere conſti-
tuit, uel illam ab emptore conduxit, non poteſt ab emptore con
ueniri actione ex uendito ad rem tradendam: & tunc quo reme
dio emptor aget contra rem tenentem, uel poſſidentem. Et quid
ſi uenditor poſt ueram, uel fictam traditionem fuiſſet aliquo
modo ſua poſſeſſione priuatus, num. 16.*

15 *Venditor, eiuſq́ue fideiuſſor promittens emptori rem uenditam de
iure, & de facto defendere, quomodo de facto teneatur, & an
ui, & armis id intelligatur.*

17 *Ex contractu emptionis ſimulato, & ficto dominium transferri
non poteſt.*

EPITO E.

Denunciatio litis motæ emptori ſuper re ei uendi-
ta debet ab ipſo hæredibus uenditoris, uel fideiuſſoris
illius fieri cum exhibitione ſcripturarum, & actorum
de quibus in denunciatione mentio fieret, alioquin
non ualeret, nec dictis hæredibus noceret.

Contra uenditorem tantę ratæ, & partis unius poſ
ſeſſionis pro indiuiſo, quæ certam pecuniarum ſum-
mam, puta librarum mille caperet, qui ſe rem uendi
tam emptoris nomine poſſidere conſtituit, & illam
ab emptore conduxit, non poſſe per emptorem agi
iudicio diuiſorio communi diuidundo, nec actione
ex uendito ad rem uacuam, & liberam tradendam,
hic oſtenditur.

CONSILIVM XLI.

VIſo puncto mihi exhibito, quoniam ſi uel
lem ſuper omnibus dubiis propoſitis ſin-
gulariter inſiſtere, longior eſſem. Ideò ſo-
lum ſuper magis neceſſariis eſſe inſiſtēdū
exiſtimaui, & primo, an hæredes Tadei de Boccade-
ferris, quibus pro parte Iacobi Grati fuit denunciatū
de lite mota inter ipſum Iacobum ex una, & Ludoui
cum de Maluitiis ex alia, poſſint conrra dictum Iaco
bum agētem obtinere: & omiſſis ſuperfluis, propter
temporis penuriam breuius quam poſſim concluſi-
uè loquendo dico dictos hæredes à petitis per dictū
Iacobum fore abſoluendos, nam † licet ipſis facta fue
1 rit denunciatio per dictum Iacobum de lite, & cau-
ſa prædicta, tamen ex quo pro parte hæredum peti-
ta fuit exhibitio ſcripturarum, & actorum, quæ non
fuerunt illis edita, nec oſtenſa, ipſi non debue-
runt credere ſimplici denunciationi eis factæ, ni-
ſi ēt ſcripturæ, & acta prædicta exhibita eſſent, ſuper
quibus denūciatio fundata erat, & de quibus in denū
ciatione mētio facta fuerat; tū quia de illis veriſimili-
ter, & iuſtè ignorare potuerūt, cū in ius alterius, hoc
eſt Tadei ſucceſſerint, arg. l. qui in alterius. ff. de regu.
iur. tū quia acta, & inſtrumēta, ſuper quibus fit funda-
mentum, & quæ inter aliquas perſonas facta fuerunt,
ſunt integraliter exhibenda adhoc, ut hęredi, uel alte
ri noceant. l. is apud quē. cum ibi plenè not. C. de edē.
tum quia de libello, & aliis actis, & ſcripturis in cauſa
factis fuit in dicta denunciatione mentio facta: er-
go hæredes præfati denūciationi factæ nec ſtare, nec
credere debuerūt, niſi dictis ſcripturis, & actis exhibi
tis. auth. ſi quis in aliquo cū materia. C. de edē. & hoc
in terminis noſtris uoluit Bar. in l. non ſolum. §. mor
te. ff. de noui oper. nuncia. in uerſ. tertio principaliter
2 eſt uidendū, ubi uoluit, ꝙ † qn̄ fit alicui denunciatio
incitatoria, ut aliquid faciat, ad quod erat obligatus
ex facto alieno, tunc talis proteſtatio, & denunciatio
fieri debet cū expreſſione cauſæ, & tali notificatione,
ex qua certus reddi poſſit, oſtendendo inſtr̄a, & legē-
do, uel copiā dimittendo, & exhibēdo oīa, ex quibus
certus reddi poſſit iuxta ea, quæ habentur in clem.
cauſam de electio. & in l. nomen. C. quæ res pig. obli.
poſſ. & eſt caſus ſecundum Bart. in d. l. qui in alterius
cū gl. aliàs ſi ita nō fieret, non ualeret, nec hęredibus,
ſeu aliis, qui ex facto alieno tenentur, noceret. Præte-
3 rea † etiam qn̄ fit denunciatio alicui, ut faciat ea, ad
q̄ eſt ex facto, & ꝯctu ſuo obligatus, ſi talis obligatio
ex euentu alicuius caſus extrinſeci, uel cōditionis cō
mittatur, ſeu oriatur, tunc notificatio debet fieri cū
tali expreſſione, & notificatione illius facti, ꝙ is, cui
notificatio, oīno certus reddatur, aliàs poteſtatio, &
notificatio nō noceret: exēplū in terminis noſtris, vē
ditor ꝓmiſit lite mota ſuꝑ re uendita ſuſcipere in ſe
iudiciū, nunc lis mouetur, quā emptor uēditori denū
ciat, ut ueniat ad defenſionē, & ad ſuſcipiendū iudi-
ciū. certè ultra denunciationē ſimplicē cū expreſſio-
ne cauſæ, & facti debet ēt emptor uenditori ſaltē hoc
petēti oſtēdere libellū, citationē, & alia acta in publi-
ca forma, illiq́; copiā dare ad hoc, ut ꝯ illum mora, &
pœna cōmittatur: & hoc maximè oīno ꝓcedit, locū-
q́ue habet, qn̄ huiuſmodi denūciatio fieret fideiuſſo-
ri, quē cōſtat teneri ex obligatione ſua impleta per fa
ctū alterius per tex. in d. l. qui in alterius cum ibi not.
& benè faciunt ea, q̄ habentur in l. fin. §. 1. C. de bonis
aucto. iud. poſſ. & ita in īdiuiduo dixit Bar. in d. §. mor
te. & ſi hæc uera ſunt in denūciatione facta uenditori
ac etiam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ac ēt fideiuſſori, ergo magis idem erit dicendum, quā
do fieret hæredibus fideiuſſoris, quoniam hi non te-
nentur ex facto ſuo, ſed ex alieno, item ſuccedunt in
ius alterius, & eorum obligatio per factum alterius
adimpletur per prędicta, & per ea, quæ no. uoluit Bar.
in d. §. morte. Hinc uidemus, ꝙ † uenditor, cui fuit à ꝓ
4 curatore emptoris denunciatum, non tenetur de eui
ctione re euicta, ſi mandatum non fuerit ſibi exhibi-
tum, nec oſtēſum Bar. in l. qui abſentem. col. 1. ff. pro-
curato. ¶ Præterea dictus Iacobus agit ꝯ præfatū Lu-
douicum actione communi diuidundo ſuper diui-
ſione poſſeſſionis pro parte ab eo emptæ, & propter
quæſtionem ſibi, in dicto iudicio diuiſorio motam à
Ludouico, ipſe prætendit præfatos hæredes dicti Ta-
dei fideiuſſoris teneri, & obligatos eſſe ad ſuſcipiēdū
in ſe iudicium, & defenſionē: quod minimè uerū eſt,
in primis, quia ipſi Iacobo nō competit actio cōmu-
ni diuidundo contra dictum Ludouicum, cum nō ap
pareat, neque conſtet Ludouicum rem cum illo cō-
munem habere: & quamuis appareat Ludouicū poſ-
ſidere certam poſſeſſionem, non tamen conſtat eam
eſſe poſſeſſionem illam, quæ fuerit dicto Iacobo uen
dita: ergo ceſſat iudicium diuiſorium communi di-
5 uidūdo † quod datur ſolum pro re communi diuidē-
da inter habentes quomodocunque rem communē
& ideò ſi ille, contra quem actio commuui diuidun-
do intentatur, neget ſe habere rem cum actore com
munem, niſi actor probet rei communionem, nō po
teſt obtinere, ſed reus conuentus eſt abſoluendus, ut
eſt tex. in l. 1. 2. 3. & per totum. ff. communi diuidun-
do. iuncta l. 1. & l. inter cohæredes. in prin. ff. fam. her
6 ciſcun. Secundo † non datur actio communi diuidū
do non habenti dominium, uel quaſi, quamuis de-
tur non poſſidenti etiam contra non poſſidentem.
l. per hoc. in principio, ibique gloſſa, & Doctor. ff.
communi diuidundo, & ideò datur etiam poſſidenti
cum titulo, & bona fide l. in re communi. §. qui rē pu-
blicianam. & §. inter prædones cum ibi not. per gl. ff.
cōi diuidun. & d. l. inter cohæredes. in prin. Inter habē
tes autē ſolum utile dominiū nō datur, ut res diuida-
tur, ſed vt adiucetur d. l. in re cōi. in prin. ¶ Verum po
ſito, non tñ conceſſo, & poſſeſſionē illā, quam Ludo-
uicus tenet, & poſſidet, eſſe eam, quę pro parte fuit ab
7 Aſcanio de Maluitiis dicto Iacobo uendita, † tñ per
dictam uenditionem non fuit in ipſum Iacobum pro
parte vendita translatum dominiū, uel quaſi, nec poſ
ſeſſio, quoniam fuit uēdita res, ſeu pars incerta tàm ra
tione loci, quàm rōne quottæ, rōne enim loci, fuit in
certa, ꝗa fuit vēdita pro tāta rata, & parte pro īdiuiſo,
& rōne quottæ ſimiliter fuit incerta, quia fuit vendita
tanta rata, & pars vnius poſſeſſionis ducentarum tor-
naturarum, vel circa pro indiuiſo, quæ caperet ſum-
mam librarum, ſexcentarum, ſecundum commu-
nem æſtimationem fiendam: quæ rata, & pars dici-
tur incerta ratione quottæ, quia nō apparet pars quot
titatiua, tum quia pro certo non conſtat, cuius certæ
menſuræ fuerit poſſeſſio, tum etiam quia tempore vē
ditionis non apparebat de pretio totius poſſeſſionis,
quod non fuit expreſſum, nec ſpecificatum, & ſic im-
poſſibile eſt, ꝙ dicatur vendita res certa ratione quot
8 tæ, ergo neceſſario infertur, † quòd in emptorem nō
fuit translatum dominium, nec poſſeſſio ratæ, & par-
tis uenditæ, cū illa fuerit incerta ratione loci, & quot
tæ, ut uolunt doctor. communiter per illum textum.
in l. 3. §. incertam. & l. locus. ubi caſus. ff. de aquir. poſ.
& ideò ſequitur, quòd Iacobus non potuit agere iudi
cio diuiſorio actione communi diuidundo contra di
ctum Ludouicū, & cōſequenter hæredes dicti Tadei
non tenentur dictū iudiciū in ſe ſuſcipere, nec in eo
dictū Iacobum defendere. ¶ Infertur ēt ex prædictis,
Iacobus ꝯ dictos hæredes Tadei nō poteſt agere ad
tradendum uacuam, & liberam poſſeſſionem dictæ
9 partis rei uenditę, nam † cum illa rata, & pars ſit incer
tatione loci, & quottæ, non pōt tradi uacua, & libera
quia poſſeſſio rei incertæ ratione loci, & quottæ tradi
non poteſt, & ex iuris diſpoſitione dicitur impoſſibi-
le, ꝙ poſſit tradi, ſeu poſſideri, ut eſt tex. clarus. in d. §.
incertam. & in d. l. locus. & conſequenter dicti hære-
des non poſſunt ad hoc cogi, nec dici teneri, quia ad
impoſſibile nemo tenetur iuribus uulgaribus: & hæc
ratio ad fauorem præfatorum hæredum eſt ſatis con
cludens. Præterea aut dictus Iacobus vult contra di-
ctos hæredes agere de euictione, & non poteſt, quia
10 non conſtat rem fuiſſe euictam, & † ante euictionem
rei emptor non poteſt de euictione agere contra uen
ditorem, uel eius fideiuſſores, ut eſt tex. & ibi doctor.
maximè Io de Imol. in c. fi. de emp. & uend. l. emptor.
& l. qui rem. C. de euictio. l. ſi plus. §. mota. l. nō tamē
& l. ſi dictum. ff. eod. tit. Aut uult agere, ut res uacua,
11 & libera ſibi tradatur, † prout tenetur uenditor, & cō
ſequenter eius fideiuſſor, ut in l. ſi per uēditorē. ff. de
contrah. emp. per Bal. in l. fi. C. eo. ti. & l. ex prædiis. C.
de euictio. & tunc etiam hoc non uidetur in caſu no
ſtro illi permiſſum. Nam ex quo uenditor conſtituit
12 ſe noīe dicti Iacobi emptoris rem poſſidere, † per con
ſtitutum dicitur facta traditio, & omnis poſſeſſio,
quam uenditor habebat, translata. l. interdum. in fi.
& l. quod meo. cum ibi not. per Bar. & omnes. ff. de ac
quir. poſſ. Item ex quo d. Aſcanius uenditor poſtea rē
ab eo uenditam conduxit, ut in inſtrumento uēditio
13 nis habetur, † per quam rei cōductionem omnis poſ-
ſeſſio, quæ transferri potuit, translata cēſetur in ipſū
emptorem, argumēto. l. quamuis. §. ſi cōductor. & hic
in l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſ. per Bal. & alios in l.
14 ſi quis argentum. §. pen. C. de donat. Sequitur, † ꝙ em
ptor contra uenditorem, ſeu eius fideiuſſorē non po
teſt agere actione ex uendito, ut res ſibi tradatur, ſed
ſi res poſt uenditionem, & conſtitutum, & cōductio-
nē penes tertium reperiatur, contra illum ſolū agere
poterit, uel interdicto uti poſſidetis, uel remedio poſ
ſeſſorio reintegrandæ poſſeſſionis, uel rei uēdicatio-
ne, ut in terminis uoluit Bar. ī l. ab emptione. ī 1. col.
15 uer. nota, & tenementi. ff. de pactis. & † quamuis uen
ditos, ac eius fideiuſſor promiſerint emptori rem uē
ditam defendere de iure, & de facto, tamen hoc intel
ligitur, ueluti uolunt Bart. & alii magis communiter
in l. ſtipulatio. iſta in prin. ff. de uerb. obl. ut ipſe uendi
tor non teneatur de ui, & occupatione rei, ac poſſeſ
ſionis ab alio facta, quia intelligitur de facto, hoc eſt
ſi contingat iudiciū de facto contra emptorem mo
ueri, ut uenditor, ſeu eius fideiuſſor teneatur in iudi
cio aſſiſtere, teſtes inducere, inſtrumenta producere,
ac alia in iudicio neceſſaria facere, non aūt, ꝙ de fa
16 cto, uidelicet armis, & ui defendere teneaī: & † ideò
in caſu, quo uenditor poſt traditionē rei uerā, uel fi
ctam fuiſſet aliquo modo ſua poſſeſſione ſpoliatus,
uel priuatus, non poteſt emptor contra uenditorem
agere actione ex uendito, & de euictione, ſed contra
occupantem rem, uel uiolētum rei poſſeſſorem age
re poterit remedio poſſeſſeſſorio, uel petitorio ad tra
dita per Bar. in d. l. ab emptione iunctis iis, quæ ipſe
uoluit in d. l. ſtipulatio iſta in prin. ¶ Animaduerten
dum eſt etiam ſecūdum ea, quæ mihi in facto præſup
ponuntur, ꝙ dictus Iacobus emptor confeſſus fuit ſe
ignorare, penes quē ſit res empta, & ꝗs illā poſſideat,
item confeſſus fuit ſe rē à dicto Aſcanio emiſſe, non
animo illam habendi, ſed ſolū aīo habēdi affictus, &
interuſurium pecuniarū ab eo ſolutarum, & inter ip-
ſos emptionem, & uenditionem non fuiſſe contra
ctam uerè, ſed ſimulatè, & fictè ad effectū conſequen
di ſolu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

di ſolũ vſuras, & affictus dictarũ pecuniarũ: Ex quib. clariſſimè conſtat non fuiſſe dominium rei, ut dr̃, emptæ in dictum Iacobum translatum, quia † ex ꝯ̃-ctu emptionis ſimulato, & ficto dominium transfer ri non pōt ad tradita per doct. maximè Bal. in l. emptione, C. plus vale. quod agitur, & in c. ad noſtram de empt. & uend. & in c. illo vos de pigno. Ex quibus ſequitur, ꝙ Iacobus non pōt agere iudicio diuiſorio actione cōi diuidũdo, ut res diuidatur, nec ẽt, ut res ſibi litera tradatur, & defendatur; Sed quicquid con ſtabit ipſum Iacobũ habuiſſe, & recepiſſe pro affictibus à dicto Aſcanio, ſeu ab alijs eius nomine, debebit oẽ illud reſtituere, vel in ſortem dictarum librarum ſexcentarum cōputare, vt habetur, in d. c. ad noſtram, in d. c. illo uos, & in aliis locis vulgaribus. Et cum non habuerim tempus plenius ſcribendi, hæc breuiter pro aliquali domini Iudicis informatione referre volui. Laus Deo.

SVMMAE.

Pactum precarij, & pactum conſtituti differunt, & quomodo utrunq; fiat, & quid per vtrunq; transferatur.
2 *Quid ſi vtrunque pactum in eodem inſtrumento ſimul fuit appoſitum, & nu. 4. 5. & 8.*
3 *Ex pacto ſimplicis precarij quandoq; in creditorem, & quandoq; in ipſum rogantẽ utraq; poſſeſſio trãsfertur, et quãdo, et n. 7.*
4 *Poſt pactum conſtituti ſi apponatur precarium, quando à conſtituto ſit receſſum, & quando ſecus.*
5 *Ex pacto precarij quando poſſeſſio & naturalis, & ciuilis transferatur, & nu. 7.*
6 *Verba vniuerſalia, & generalia ad minus duo requirunt, nec in uno verificantur, & nu. 10.*
7 *Contractus ex conuentione partium legem etiam contra naturam contractus accipiunt.*
9 *Ex pacto conſtituti, & precarij ſimul iuncti creditori tanquam poſſeſſori fructus rei debentur.*
10 *Pacti precarij uerba extẽſa in duobus locis declarãtur, et n. 13.*
11 *Poſſeſſio ciuilis eiuſdem rei eſt unica, naturalis uerò multiplex.*
12 *Dictio implicatiua etiam, & maximè cauſa euitandi abſurdum, contrarietatem, & correctionem ſæpe ſuppletur, & in iure ſuppleta fuit.*
13 *Creditor quomodo, & quo reſpectu poſſeſſionem bonorum ſibi à debitore hypothecatorum cum pacto conſtituti, & precarij ſimul iuncti nanciſci dicatur, & nu. 19.*
14 *Et quomodo bona illa poſſideat.*
15 *Debitor, qui cum pacto conſtituti, & precarij ſimul iuncta bona ſua creditori hypothecauit, non poſſidere, ſed in poſſeſſione eſſe dicitur: Et cui poſſideat nu. 16.*
Poſſidere, & in poſſidere eſſe longe differunt.
17 *Debitor, qui bona ſua obligauit, & illa creditoris nomine poſſidere conſtituit, quoad quos effectus ipſe etiam poſſidere, & detinere dicatur.*
18 *Creditor ex pacto precarij, uel conſtituti poſſidens bona ſibi à debitore hypothecata ad vtilitatem debitoris reſpectu fructuũ, & uſucapionis perficiendæ poſſidet.*
20 *Pactum de ingrediendo propria auctoritate ultra pactum precarij, & conſtituti appoſitum quid operetur, & nu. 31.*
21 *Pacto de ingrediendo propria auctoritate etiam contra quemlibet tertium poſſeſſorem illo non citato, & debito non liquidato, creditor, cuius poſſeſſio à debitore per traditionem alteri factam interuerſa fuit, uti poteſt, quando pactum illud ultra conſtitutum, & precarium fuit appoſitum.*
22 *Debitor ubicunq; obligando ſua bona uel per pactum conſtituti, uel per pactum precarij, uel aliter ex pacto, aut ex diſpoſitione legis omnem poſſeſſionem in creditorem tranſtulit, non poteſt poſtea per actum fictum puta conſtituti, precarij, cōditionis, & ſimilium creditorem aliqua ſua poſſeſſione priuare.*
23 *Quid ſi debitor in caſu prædicto rem uerè, & actualiter alteri tradidit.*
24 *Poſſidens ciuiliter animo ſuo, & naturaliter corpore alieno an, & quomodo per illum, cuius corpore poſſidet, ſua poſſeſſione priuari poſſit.*
25 *Traditio uera, & actualis quomodo fiat.*
26 *Ea non probatur per uerba inſtrumenti dedit, & tradidit, nec per pactum conſtituti, niſi inſtrumentum in faciem rei factũ eſſet.*
27 *Et quomodo probari debeat.*
28 *Poſſidens naturaliter corpore ſuo quando dominum ciuiliter animo ſuo poſſidentem per conſtitutum alteri factum, uel per veram traditionem ſua poſſeſſione ciuili priuet, & quando non.*
29 *Poſſidens ciuiliter turbatus à poſſidente naturaliter poteſt propter pactum de ingrediendo, & pactum conſtituti, & precarij propria auctoritate rem ignudi non citato poſſidente naturaliter, & illum per uim expellere, & nu. 32.*
30 *Poſſeſſorium reſtituendæ datur ſpoliato, & eiecto à ſua poſſeſſione, & non illi, qui nunquam poſſedit.*
33 *Et non datur contra illum, qui iuſtè, & iuris auctoritate rem ingreſſus fuit.*
34 *In obligatione generali bonorum præſentium, & futurorũ an cõprehendatur etiam res illa, propter quã obligatio facta fuit.*
35 *Creditor precarium reuocare, & poſſeſſionem rei ingredi non poteſt, durante prorogatione temporis debitori ad ſoluendũ facta: Quid ſi poſt lapſũ termini prorogatio facta dicatur n. 37.*
36 *Confeſſio qualificata debet in totum cum ſuis qualitatibas recipi, & non pro parte, quæ contra confitentem facit, quando contra confitentem non eſt iuris præſumptio.*
38 *Sententia interloquutoria, quando res integra eſſe deſiit, reuocari, non poteſt.*
39 *Quod limitatur, & nu. 41.*
40 *Sententia interloquutoria lata poſt litem conteſtatam requirit, & poſt ſe expectat ſententiam diffinitiuam.*
41 *Sententia interloquutoria poſt ſe diffinitiuam ſententiam expectans poteſt ex iuſta cauſa reuocari.*
42 *Pronunciatio, & ſententia interloquutoria de habendis poſitionibus pro confeſſatis tanquam interloquutoria poteſt ex cauſa iuſta ante ſententiam diffinitiuam per iudicem reuocari.*

EPITOME.

De pacto conſtituti, & precarij, & de ingrediendo propria auctoritate tàm ſeparatim, quã ſimul poſitis quod ius, & quę poſſeſſio trãsferatur, hic agitur.

Debitor, qui creditori ſuo omnia ſua bona obligauit cum pacto conſtituti, & precarij, & de ingrediendo propria auctoritate, ꝙ omnem poſſeſſionem in creditorem tranſtulerit.

Et ſi poſtea illa alteri uendat, & emptoris noĩe ſe poſſidere cõſtituat, ꝙ nullã in emptorẽ poſſeſſionẽ trãsferat, nec creditorẽ aliqua ſua poſſeſſiõe priuet.

Et ſi creditor propria auctoritate poſſeſſionem, & tenutam ingrediatur, ꝙ emptor ſecundus non poſſit dici ſua poſſeſſione ſpoliatus, nec aliquo poſſeſſorio reſtitutorio contra creditorem agere valeat, plenè hic demonſtratur.

In obligatione generali bonorũ præſentiũ, & futurorũ facta in caſu, quo pretium rei uenditę nõ ſolueretur, etiam rem uenditam cõprehẽdi, probatur.

Pronunciationẽ, ſeu ſentẽtiã interloquutoriã de habẽdis poſitionibus pro cõfeſſatis poſſe ex cã ante ſententiã diffinitiuã à iudice reuocari, oſtenditur.

CONSILIVM XLII.

PRINCIPALITER in hac cauſa diſcutiendum eſſet, an tenuta data Marcoantonio de Morandis non citato Iulio de penſabenis de iure valeat ita, ꝙ Iulius non poſſit dici priuatus, ſeu ſpoliatus poſſeſſione ſua ad effectum excludendi ipſum à remedio poſſeſſorij reſtituendæ l. fi. C. de acq. poſſ. cum ibi no. per glo. ſeu c. reintegranda 3. q. 1. vel alio ſimili reſtitutorio per ipſum Iulium contra dictum Marcumantonium intentato. Qua in re plura hinc inde dici poſſent: Sed cum verba coram viro peritiſſimo ſim facturus, omiſſo multiloquio, ponam veras, & communes in hac materia concluſiones, ex quibus de ueritate, &